



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio VII. De peccato veniali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

aliqua causa actiua naturali, quia quod est per accidentem, non est ens, & vnum. Sic ergo occidit impenitentis cum sit per accidentem, non reducitur in corpus coeleste: sicut in causam. Agit enim corpus tale ut per modum agentis naturalis.

AD XXII. dicendum, q̄ ille qui facit quod non vult, non habet liberam actionem: sed potest habere liberam voluntatem.

AD XXIII. dicendum, q̄ homo peccans liberum arbitrium perdidit, quantum ad libertatem que est a culpa & miseria: non autem quantum ad libertatem que est a coactione.

AD XXIV. dicendum, q̄ consuetudo facit necessitatem non simpliciter: sed in repentina præcipitate, Nam ex deliboratione quantumcumque consuetus, potest contra consuetudinem agere.

QVÆSTIO VII.

De Peccato veniali.

In duodecim articulos diuina.

¶ Primo enim queritur, vtrum veniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.

¶ Secundo, Vtrum peccatum veniale diminuat charitatem.

¶ Tertio, Vtrum veniale peccatum possit fieri mortale.

¶ Quarto, Vtrum circumstantia faciat de veniali mortale.

¶ Quinto, Vtrum in ratione superiori possit esse veniam peccatum.

¶ Sexto, Vtrum in sensualitate possit esse peccatum veniale.

¶ Septimo, Vtrum homo in statu innocentiae potuerit peccare venialiter.

¶ Octavo, Vtrum primi motus in infidelibus sint peccata venialia.

¶ Nono, Vtrum Angelus bonus vel malus possit peccare venialiter.

¶ Decimo, Vtrum peccatum veniale sine charitate puniatur poena æterna.

¶ Undecimo, Vtrum aliqua peccata venialia remittantur post hanc vitam in purgatorio.

¶ Duodecimo, Vtrum peccata venialia remittantur hic per aspercionem aquæ benedictæ.

Vtrum veniale peccatum diuidatur contra mortale.

ARTICVLVS I.

QVÆSTIO est de veniali peccato, & primo queritur vtrum veniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale. & videtur q̄ non: quia vt Ang. dicit 22. contra Faustum, Peccatum est diuum, vel factum, vel concupitum contra legem eternam: sed omne peccatum quod est contra legem eternam est mortale. ergo oē peccatum est mortale. Nō ergo recte diuidit peccatum in mortale & veniale.

¶ 2. Prat. Peccatum meretur poenam secundum suam rationem: poena autem contrariatur venia, quæ tollit ipsam. ergo veniale repugnat rationi peccati: sed multa differentia diuisiva generis repugnat ei. ergo peccatum non potest conuenienter diuidi per mortale & veniale.

¶ 3. Prat. Quicunq; inordinate convertit, econvertit ad aliqd bonum commutabile: sed qui econvertitur ad bonum commutabile, auertitur ab incommutabili: quia qui accedit ad vnum terminū, recedit ab altero in quolibet motu. ergo quicq; peccat, auertit

a bono incommutabili: hoc autē est peccare mortaliter. ergo quicq; peccat, peccat mortaliter. Nō ergo peccatorū aliud est mortale, & aliud veniale.

¶ 4. Prat. Omne peccatum consistit in aliquo inordinato amore creature: sed quicumque amat, aut amat ut vt̄s, aut ut fruens. Qui autem amat creaturam ut vt̄s, non peccat, quia referat eam ad finem beatitudinis, quod est vt̄s, vt̄ beatus Aug. dicit in 1. de doct. christi. Si autem amat creaturam ut fruens ea, peccat mortaliter, quia constituit finem vitium in creatura. ergo amas creaturam vel non peccat, vel peccat mortaliter: & sic idem quod prius.

¶ 5. Prat. Eorum q̄ ex opposito diuiduntur, vnu non transiit in alterum. Nūquam enim albedo fit nigredine, neque econversio: sed veniale fit mortale. Dicit enim quadam Glosa super Beati quorum, Nihil est adeo veniale quin possit fieri mortale dum placet. ergo veniale non dicitur diuidi contra mortale.

¶ 6. Prat. Si nō placet non est p̄t̄m, quia non est voluntarium: si aut̄ placet est mortale, ut pater per gl. induit. ergo aut̄ nō est peccatum, aut̄ est mortale.

¶ 7. Prat. Quod disponit ad aliquid non diuiditur

contra illud, quia vnu oppositorum non disponit ad alterum: sed veniale disponit ad mortale. ergo veniale non deber diuidi contra mortale.

¶ 8. Prat. Ansel. dicit in lib. Cur Deus homo, quod debituam est quod voluntas creature rationalis sit subdita voluntati diuinæ, hoc qui tollit, tollit honorem Deo debitum, & eum dehonorat: sed dehonore Deum est peccare mortaliter. Quicunque autem peccat, hoc modo dehonorat Deum, quia non subiicit suam voluntatem voluntati diuinæ: et go quicunque peccat, peccat mortaliter.

¶ 9. Prat. Homo tenet ex p̄cepto, ut oīa q̄ facit ordinet in Deū, sicut in finem. Df. n. 1. ad Cor. 10. Siue māducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sed peccatum veniale nō est referibile in Deū, ergo quicq; peccat venialiter, facit contra p̄ceptum, ergo peccat mortaliter.

¶ 10. Prat. Aug. dicit in lib. 83. Questionū. Hoc est totum & solum malū hominis, ut fruēdis vel frui viendis. Sed vtrumq; istorum est p̄t̄m mortale, ga

ille qui vitur fruēdis, non constituit vltimum finem in Deum, quo solo fruēdis est. Ille autem qui fruēdis vitendis, constituit vltimum finem in creatura, quorum utrumque facit peccatum mortale. ergo omne malum culpæ est peccatum mortale.

¶ 11. Prat. Cū poena r̄ndeat culpa, vbi est eadem peccatum, vñ esse eadem r̄o culpe: sed p̄t̄o veniali debetur eadem poena qua & mortali: dicit enim Aug. in quodam sermone de purgatorio, q̄ adulari aliqui altiori personæ est peccatum veniale, & tamen clericus pro adulitione degradatur, ut habetur 46. dñs. ergo eadem est ratio culpa venialis & mortalis. Non ergo peccatum veniale diuiditur conuenienter contra mortale. Sed dicendum, quod peccatum veniale differt a mortali, subiecto. Nā veniale peccatum est in sensualitate, mortale autem in ratione.

¶ 12. Sed contra, sensus in actu pertinet ad rationem superiorē, secundum Aug. in lib. de Trini.

Sed aliquis consensus in actu est veniale peccatum, sicut consentit in verbum oīosum. ergo as-

signata differencia non est conueniens.

¶ 13. Prat. Primi motus spiritualium peccatorum sunt peccata venialia, non autem sunt in sensualitate, sed magis in ratione. ergo peccatum veniale non est tantum in sensualitate.

¶ 14. Prat.

Lib. 1. cap. 4.
tom. 3.

Referat ex
Aug. in de-
creto di. 25.
cap. viii. oriarium.

Loco nūc cā-
tato in arg-
precedenti.

Li. 1. cap. 22.
par. 1. p̄incipio.

Q. 30. pars
a prim. 10. 4.

Inter princi-
pium & me-
diū illius,
& c. 2. cap. 4.
in die an-
nuntiati 10. 10.
Di. 46. cle-
ritus. il p̄imi-
me.

Lib. 4. 2. 6. 13.
tom. 3.

QVAES. VII. DE PECCATO VENIALI. VART. I

¶ 14 Prat. Illud in quo cōmunicamus cum brutis, / F
non videtur esse subiectum peccati, cum in brutis
non sit peccatum: sed in sensualitate communica-
mus cum brutis. ergo in sensualitate non potest es-
se peccatum, nec veniale, nec mortale.

¶ 15 Prat. Necesis excludit rationem peccati, qā
in his quā ex necessitate sunt, non est laus vel virtu-
perium: sed sensualitas subiicitur necessitati, quia
est alligata organo corporali, ergo in sensualitate
non potest esse peccatum.

¶ 16 Prat. Ansel. dicit quod sola voluntas punitur.
peccatum autem debetur peccato. ergo in sola voluntate
est peccatum, non ergo in sensualitate.

¶ 17 Prat. Si in superiori ratione sit peccatum mor-
tale, aut hoc est directe, aut indirecte: sed directe &
secundum se peccatum mortale in ea esse non po-
test, quia non potest errare, cum secundum Aug.
cū sit inspicere rationes aternas in quibus non est
error. Errant autem qui operantur malum, yr dicitur
Prouer. 14. Similiter nec indirecte ex hoc, quod
non cohibet inferiores vires, non est enim hoc in
eius potestate: quia per originales peccatum amīst
potestatem continendi inferiores vires, vt Aug. di-
cit. ergo in ratione superiori non potest esse pecca-
tum mortale. Item diceretur, quod peccatum venia-
le & mortale differunt in hoc, quod aliquid peccatis
mortaliter diligit creaturam plus quam Deum: pec-
cans autem venialiter, diligit creaturā infra Deum.

¶ 18 Sed contra, ponatur quod aliquid putet forni-
cationem simplicem non esse peccatum mortale,
& fornicaret tali opinione durante sed fornicari di-
mitteret, si sciret hoc esse contra Deum, constat &
iste peccat mortaliter, quia ignorātia iuris non ex-
cusat eum: & tamē plus diligit Deum quam forni-
cationem. Illud enim plus, diligit propter quod
alterū dimittitur. ergo non omnis qui peccat mor-
taliter, diligit creaturam plus quam Deum. etiā nū
¶ 19 Prat. Magis & minus nō diversificant speciem:
sed mortale & veniale differunt specie. ergo non
differunt per hoc quod est, magis vel minus crea-
turam quam Deum diligere.

¶ 20 Prat. Vbi cumque sit inuenire maius & minus,
est inuenire aequalē, q̄ remoto eo quod superabun-
dat a maiori, remanet aequalē: sed contingit aliquē
plus diligere creaturam quam Deum, & etiam mi-
nus, ergo contingit etiam aequaliter creaturam dil-
gere Deo. ergo erit aliiquid peccatum medium in-
ter mortale & veniale: & sic diuīsio nō erit sufficiens.
Item, diceretur quod peccatum mortale & veniale
differunt quantum ad effectum, in hoc quod pecca-
tum mortale priuat gratiam, veniale autem non.

¶ 21 Sed contra, gratia non potest esse sine virtute:
sed veniale peccatum tollit virtutem quae consistit
in ordine amoris, secundum Aug. in lib. de Moribus
ecclesiasticis, veniale autem peccatum ordinem amoris
tollit: alias non est peccatum, ergo etiam veniale
peccatum tollit gratiam.

¶ 22 Prat. Ad gratiam pertinet ordinare hominem
in Deum, sicut in suum finem: sed veniale tollit or-
dinem in Deum sicut in suum: non enim potest or-
dinari in Deum, sicut in finem. ergo veniale pecca-
tum tollit gratiam.

¶ 23 Prat. Cuiuscq; offendit Deus, ille nō habet eius

gratiam: sed pp veniale offendit alicui Deus, qā

punit ei, ergo veniale tollit gratiam. Itē, diceretur
¶ Peccatum veniale differt a mortali quantum ad
effectum. Nā peccatum mortale facit res pena eti-

na: peccatum vero veniale pena temporalis.
¶ 24. Sed contra, Ang. dicit super Ioannem, qā
delicta est peccarum: quo reente omnia remo-
& sic patet q̄ infideli peccata venialia non dimini-
tur: sed manente culpa non tollitur reatus pen-
ergo peccata uenialia infideli puniuntur pen-
eterna. Non ergo peccatum veniale differt a mo-
li, vt contra eum diuidi possit.

¶ Sed contra est, quod dicitur 1.Ioan. 1. Si di-
mus quia peccatum non habemus, nosipos felici-
mus: sed hoc non potest intelligi de peccato mon-
li, vt Aug. dicit, quia in sanctis peccatum morta-
non est ergo est aliquid peccatum veniale, quod pu-
tis diuidi contra mortale.

¶ 25 Prat. Aug. dicit Hom. 7. super Ioan. quod con-
est quod damnationis in meretur: veniale autem
quod non meretur damnationem, ergo peccatum
veniale conuenienter contra mortale diuidit.

RESPON. Dicēdū, q̄ veniale dī a venia. Tripliciter
autem a venia dicitur aliquid peccatum veniale
primo quidem modo, quia iam confiteatum est
nam, sicut Amb. dicit q̄ peccatum mortale per di-
fessionem fit veniale. & hoc dī secundum quidem
veniale ab euētu, patet autem quod hoc veniale di-
tra mortale non diuiditur. Secundo, dicitur pecca-
tū veniale, quia habet in se aliquam confitentiam
non quod non puniatur, sed quod minus puniatur.
& hoc modo dicitur veniale peccatum, quod
ex infirmitate vel ex ignorantia: quia infirmatum
excusat vel in toto vel in parte. & hoc dī
tertio secundum quodam veniale, ex causa tamē
Nec hoc etiam veniale contra mortale diuidit
quia contingit aliquem ex ignorantia vel infir-
mitate peccare mortaliter, ut in superio-
ritate questionibus habuit est. Tertio modo, dicitur
quod peccatum veniale, quia quantum est de
nam non excludit, id est terminationem peccati
hoc modo veniale diuidit contra mortale, & hoc
dī secundum quodam dicitur veniale in genere. Ven-
tem differentiam ad distingendum veniale pen-
tū a mortali inquirimus, considerandum est
differentia quidem secundū reatum. Nam pecca-
tū mortale meretur penā eternam, peccatum venia-
le penā temporalem. Sed ista differentia
quicquid rōnē peccati mortaliter, & venialis nō
constituit ipsam. Non enim ex hoc est tale po-
nū, quia talis pena ei debetur: sed potius ei debet
quia peccatum est tale, ideo talis pena ei debet
meriter etiam differit quantum ad effectum, etiā
mortale priuat gratiam veniale autem non
nec ista est differentia quā querimus quia illa
renuntia, cōlēquitur ad rōnē peccati. ex eo qā
peccatum est tale, talē effectum habet, & non
uetio. Differentia autē quā est ex parte subiecti
distinguuntur virtus intellectus a moralis fece-
tū. Philo. in lib. Ethico. quia virtus moralis est in ma-
nali participative. i. in appetitu: virtus autem
lectualis in ipsa ratione. sed hoc non est uerum,
peccatum veniale potest etiam esse in ratione, ob-
sidiendo est ostensum, unde etiā secundum
differentia non potest sumi diversa ratio mea
peccati, quarta uero differentia, quā est secundum

dum diligendi constituit quidē diuersam rōnē peccati: sed solum quantit ad actum voluntatis, qđ est ex parte agentis. peccatū autē veniale, non solum consistit in actu interioris voluntatis: sed etiam in actu exteriori. Sunt enim quidam exteriōres actus, qui ex genere suo sunt peccata ventialia, vt dicere verbum otiosum, vel mendacium iocosum, & huiusmodi. Sunt autem quidam, quæ ex genere suo sunt peccata mortalia, vt homicidium, adulterium, blasphemia, & huiusmodi. Diuersitas autem quæ est ex parte actus voluntatis, non diverſificat genera exteriōrum actuum, nam aliquid quod est bonum ex genere, potest fieri ex mala voluntate, puta, si quis deteſemofinam propter inanem gloriam, ſimiliter aliquid quod est veniale ex ſuo genere, potest eſſe mortale propter volūtatem facientis, puta, si quis dicat verbum otiosum in cōtemptum Dei: fed exteriōres actus diſſerunt genere per ſua obiecta. unde dicitur communiter quod bonum in genere eſt actus cadēs ſupra debitam materiam, & malū in genere eſt actus cadens ſupra indebitā materiam. Oportet ergo qđ malum veniale ex genere dicatur ex eo, qđ cadit ſuper aliquam materiam non debitam: & ſimiliter mortale ex genere. Ad hoc ergo inuestigādū, conſiderandū eſt, qđ peccatum conſtituit in quadā deordinatione atq; ſicut morbus conſtituit in quadā deordinatione corporis unde peccatum eſt quidam morbus animæ, & hoc eſt venia peccato, qđ curatio morbo. Sicut ergo ſunt quidam morbi curabiles, quidā incurabiles, qui diſcuntur mortales: ita ſunt quidam peccata quā curabili quā dicitur venialia, & quidā quanti eſt de ſe incurabili, licet a Deo curari poſſit: ſed mortalia. Dicitur autē morbus incurabili & mortalib, per quem tolitur aliquā principiū vitæ. Hoc enim ſi tolitur, non remanet aliiquid per quod reparari poſſit. & ideo talis morbus curari non poſſet: ſed inducit mortem. Eſt autē aliquis morbus, qui non tollit aliquod principiū vitæ: ſed aliquod eorum conſequentiū ad principiū vitæ, quia per principia vitæ reparari poſſant, puto, febris tertiana quæ conſtituit in ſuperabundanti cholera: quam virtus naturæ ſuperare poſſet. Principiū autē in operationib, eft finis, ēm Philoſo. in 6. Ethī, vnde principiū spiritualis vitæ, quæ conſtituit in reſtitutione actionis, eft ſit humanarū actioniū, qui eft charitas Dei & proximi. Finis enim præcepti charitas eft, ut dicitur iad Thim. 1. Per charitatē. n. alia coniungitur Deo, qui eft vita animæ: ſicut anima eft uita corporis. & ideo ſi charitas excludat, eft peccatum mortale. Non. n. remanet aliquod principiū vitæ, per quod iſte defectus reparetur, ſed reparari poſſet per Spiritū ſanctū: quia ſicut dicitur Roman. 6. Charitas Dei diſſula eft in coribus noſtri per Spiritū ſanctū, qui datus eft nobis. Si autē eft talis defectus reſtitutio, qui charitatē non excludat, erit peccatum veniale: quia per charitatē remanet quasi per principiū vitæ, omnes defectus reparari poſſunt. Uniuersa enim delicta operis charitas, ut dicitur Proverbio 10. Quod autem aliquod peccatum excludat charitatē uel non excludat, poſſet contingere duplicitate, uno mō, ex parte peccantis: alio modo, ex ipſo genere operis. Ex parte peccantis duplicitate, uno modo, quia aetus peccati ē potētia talis, cuius nō eft ordinare ad finē: & ideo nec eius eft auerti a fine: & ideo motus sensualitatis nō pōt eſſe peccatum mortale: ſed ueniale tñ. Ordinare enim aliquid ad finem, perti-

A net ad rationem tantū. Alio modo, ex eo qđ potest ordinare in finem, & auerti a fine, actu aliquem qui eft de ſe non contrariatur fini, potest ordinare in contrarium finis, puta, ſi quis verbū otiosum dicat in cōtemptum Dei, quod contrariat charitati, hoc erit pōtū mortale: ſed nō ex genere operis, ſed ex puerā volūtate facientis. Alio modo, cōtingit qđ aliquod peccatum contrarietur charitati, vel non contrarietur ex ipſo genere operis, qđ eft ex parte obiecti vel materiae, qđ contraria charitati, vel nō contraria. Sicut. n. aliquis cibus eft ex ſe cōtrarius vita, puta, cibus venenosus, aliquis autem cibus non eft contrarius vita, licet impedimentū alii quod afficerat ad rectam habitudinē vita, puta, cibus grossus & non bona digestionis, vel eft ſi ſit bona digestionis, quia non ſumit ut ēm mensuram debitanū: ita eft in actibus humanis aliiquid inueniū quod de ſe contrariatur charitati Dei & proximi: illa. ſ. per qđ tollitur ſubieſcio, & reverentia hominis ad Deū, ut blasphemia, idolatria, & huiusmodi, & etiam ea quæ tollunt conuictum ſocietatis humanae, ſicut furto, homicidium, & huiusmodi. Non. n. poſſent homines conuictere ad iniuriam, vbi paſſim & indiferenter iſta perpetrarentur. & iſta ſunt pōtū mortalia ex ſuo genere, quacumque intētione, vel voluntate ſiant. Quidam autem ſunt, qua licet in ordinationem aliquā coniungantur, non tamen direcťe excludunt alterum prædictorum. Sicut quod homo dicat mēdaciū non in fide, neque ad noſcēdū proximo, ſed ad delectandum vel etiam ad iuandū: vel ſi quis excedat in cibo vel potu, & alia huiusmodi. vñ de iſta ſunt venialia peccata ex ſuo genere.

D. 549.
Ad PRIMVM ergo dicendum, quod duplex eſt diuſio, vna qua diuiditur genus vniuocum in ſtas ſpecies, quæ ex æquo participant genus, ſicut animal in bouem & equum: alia eft diuſio communis analogia in ea, de quibus dicuntur ſecundum prius & posterius: ſicut ⁴ ens diuiditur per ſubſtantia & accidens, & per potentia & actum. & in talibus ratio cōſiderationis ſunt: in uno: in alijs autē ēm quid, & per posterius. & talis eft diuſio peccati per veniale & mortale. Vnde pōtū definitio pēti, perfecte quidem conuenienter dicuntur, quia non corrumpit, quia non corrumpit dilectionē quæ eft plenitudo legis ut dicitur Rom. 12.

E Ad SECVNDVM dicendum, quod veniale eft diſſerentia diſtinuens de ratione peccati, & talis diſſerentia inueniuntur in omnibus, quæ participant aliquod commune imperfētē & ſecundum quid.

Ad TERTIUM dicendū, qđ finis hēt rōnē termini: non autē id quod eft ad finem, veniale autē non conuertit ad bonū commutabile ut ad finem: & ideo non a conuertit ad ipsum, ut ad alium terminum a Deo, ut ppter hoc ſit neceſſarium a Deo auerti.

Ad QVARTVM dicendum, quod ille qui peccat venialiter, non fruitur creature: ſed vtitur ea. Refert enim eam habitu in Deum, licet non actu. Nec in hoc contra præceptum facit, quia non tenetur ſem per actu referre in Deum.

D. 1009.
Ad QVINTVM dicēdū, qđ veniale pōtū in qua tū ueniale nūquā fit mortale, ſicut nec albedo fit nigredo: ſed actu qui eft venialis in ſuo genere, pōt fieri mortale: pōtū ex voluntate ponentis finē in creatura: quia & id quod eft ex natura ſua frigidum, pōt fieri

Ponita in co argumento.

QVAES. VII. DE PECCATO VENIALI. ART. I

fieri calidum sicut aqua.

AD SEPTVM dicēdū, q̄ p̄m veniale fit mortale, q̄n placet non quocumque modo: sed sicut finis.

AD SEPTIM dicēdū, q̄ aliquādo aliqd diuidit contra alterum: quia fīm essentiam suā oponunt, sicut album & nigrū, calidum & frigidum. & horū vnum nō disponit ad alterum. Aliquando autē aliqua diuiduntur adiuicem, quia oponuntur secūdum rationem perfecti & imperfēcti, quorū vnum ordinatur ad alterum: sicut accidens ad substātiā, & potentia ad actū. & hoc modo etiam veniale diuiditur contra mortales, & disponit ad ipsum.

AD OCTAVM dicēdū, q̄ volūtas creature rōnalis obligatur ad hoc, q̄ sit subdita Deo: sed hoc fit per præcepta affirmatiua & negatiua, quorū negatiua obligat semper & ad semper, affirmatiua vero obligat semper, sed non ad semper. Cum ergo aliquis peccat venialiter, tunc quidem non reddit honorē debitum Deo, seruando præceptum affirmatiuum in actu: sed hoc nō est peccare mortaliter, sicut pecca mortaliter qui dehonora Deum, transgrediendo præceptum negatiuum, vel non implendo præceptum affirmatiuum tempore, quo obligat.

AD NONVM dicēdū, q̄ cū illud præceptum Apostoli sit affirmatiū, nō obligat ad hoc q̄ semper obseruet in actu. Obseruat autē semp in habitu, quād homo habitualiter habet Deū, sicut ultimum finem, quod non excludit per peccatum veniale.

AD X. dicendum, quod Aug. ibi loquitur de perfetto malo culpæ, quod est peccatum mortale.

AD XI. dicendum, quod adulari solūmodo ad placendum, ex genere suo est peccatum veniale, cū sit quādam vanitas: sed adulari ad decipendum est peccatum mortale, secundum illud Isa. 10. Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. & de tali adulacione loquitur canon, Clericus, qui vnde ibi dicitur quod clericus, qui vacat adulacionibus & proditionibus debet degradari.

AD XII. dicendum, quod illa differentia ex parte subiecti non est constitutiva mortalis & venialis peccati: sed est cōcomitans. & ideo nihil prohibet aliquod peccatum veniale esse in superiori ratione, & similiiter dicendum ad XIII.

AD XIII. dicendum, quod sensualitas in brutis non participat aliqualiter ratione, sicut in nobis, ut dicitur in 1. Eth. & secundum hoc potest esse subiectum peccati.

AD XV. dicēdū, q̄ ē ipsum organum corporale obedit aliqualiter rōni, & secundum hoc in actu eius potest esse peccatum: & similiiter in actu sensualitatis.

D. 995.

AD XVI. dicendum, quod in sola voluntate est peccatum: sicut in primo mouente: in alijs autem viribus, sicut in imperatis & motis.

AD XVII. dicendum, q̄ in superiori rōne potest esse mortale peccatum & directe & indirecēte. Et si enim non erret inquantū ap̄ficit rationes aternas, errare tamen potest inquantum ab eis potest auerti. Similiter etiam dicendum, quod ex peccato originali non est cōsecutum quodnullo modo, infereiores vires obedient rationi: sed in hoc quod non totaliter obediunt, sicut in statu innocentie.

AD XVIII. dicēdū, q̄ illa differentia cōueniens est, fīm q̄ differentia peccati mortalis & venialis accipitur ex parte voluntatis: sed quād sunt mortalia ex suo genere, quā qualicumque voluntate fiant, semper sunt peccata mortalia. & de istis procedit obiectio. In his autē ipsum opus ex suo genere est contraria.

F dilectionem Dei: sicut si aliquis lādat aliquem opere contra charitatem facit.

AD XIX. dicēdū, q̄ magis & minus quando con sequuntur rōnes diuersas, diversificant speciem: ita est in proposito. Nam diligere aliquid ut homo & sicut id quod est ad finem: non habet cānditac nem dilectionis.

AD XX. dicendum, q̄ bene contingit in aliquo est extra charitatem, q̄ aliquā creaturā diligatur quād Deum, & aliquā equaliter Deo & alijs. etiam minus Deo: sed non contingit, quod alius diligat aliquam creaturam equaliter Deo, ita quod nullatenus diligat plus quād Deum: quia necedit homo in aliquo uno constituit ultimum finem suum voluntatis.

AD XXI. dicendum, q̄ illa differentia est continua, & non constitutiva mortalis & venialis peccati. Ille autē qui peccat venialiter, careret ordinatio in aliquo actu circa ea quā sunt ad finem rem simpliciter quantum ad finem ipsum, & de non tollit virtutem nec gratiam.

AD XXXI. dicendum, q̄ aliquid est non ordinatum Deum, quod conuenit veniali; & aliud est exordine ordinatum ad Deum, quod conuenit mortaliter.

AD XXXII. dicendum quod illum qui peccat venialiter, Deus puniri, non tamquam odiosum, sed tamquam filium quem diligit purgans & emendans.

AD XXXIII. dicendum, q̄ peccata venialia est in infidelitate decidunt, vel in quocumque peccato mortali, aternaliter puniuntur, non proprie, quia non priuant gratiam: sed propter peccatum coniunctum per quod gratia est priuata.

ART. CV LVS. 11.
Vtrum peccatum veniale diminuit charitatem.

SECUNDO. quartur, vtrum peccatum veniale minuit charitatem, & videtur quod sic. Dicitur Aug. 10. Confessionum, Minus te amar quatenus aliquid amat, quod non propter te amat: sed qui peccat venialiter, aliquid amat cum Deo: non propter Deum amat alias non peccat in alio. ergo ille qui peccat venialiter minus amat.

¶ 2. Præt. Contraria natā sunt fieri circa idem fermentum & diminutio sunt contraria. Charitas augetur, secundum illud ad Phil. 1. Oto ut charitas velut magis & magis abundet, ergo etiam dimittitur: sed non diminuitur per peccatum mortale totaliter tollitur. ergo diminuitur per peccatum veniale. Sed dicendum, quod charitas quamvis acquisitione diminuitur per peccatum mortale, quia facit peccatum veniale, ut minuitur de charitate recipiat: sed postquam charitatem infusa, non potest per peccatum veniale minui.

¶ 3. Sed contra, secundum Philo in 2. Eth. dicitur, sunt per quā generatur virtus, corrumptur & minuitur. Si ergo peccatum veniale facit ad hoc generetur per infusionem, minor charitas faciet ad hoc, quod charitas habita diminuitur.

¶ 4. Præt. Quicquid diminuit differentiam difficiam alicuius speciei, diminuit essentia eiusdem difficultatis. mobile est differentia constitutiva habita: quā diminuit peccatum veniale, quia p̄ peccatum male fit homo prior ad casum mortali per quod amittitur charitas, ergo veniale peccatum diminuit habitum charitatis.

¶ 5. Præt. Quid amor, uel ē cupiditatis, uel charitatis.

ut accipitur ab Aug. de Trin. Sed ille qui peccat ve
nialiter, amat creaturam, non quidem amore chari
taris, quia charitas non agit perperam, ut dicitur 1.
ad Corinth. 13. ergo amore cupiditatis. Sed augmentum
cupiditatis vel esse diminutio charitatis, quia vt
Aug. dicit in lib. 83. Quodlibet ipsum nutrimentum
charitatis est diminutio cupiditatis. ergo nide
tur, quod peccatum veniale diminuat charitatem.

¶ 6 Præt. Aug. dicit in 8. super Gene. ad literam, q
charitas vel gratia coparatur ad animam, sicut lux
ad acerem; sed lux aeris diminuitur, si aliquod obsta
culum lucis ponatur, puta, cum densior sit per va
porem. ergo & charitas vel gratia diminuitur per
veniale, quod est quoddam obstatulum charitatis,
& obnubilatio mentis.

¶ 7 Præt. Omne id quod successuè corruptitur,
potest diminui: sed charitas successuè corruptitur.
ergo charitas potest diminui. Minor probatur du
pliciter. primo quidem, quia omne quod corrumpit
ur, est subiectum corruptionis: sed charitas corrumpit.
ergo est subiectum corruptionis. Aliquid ergo eiū est corruptū, & aliquid adhuc manet: &
sic successuè corruptitur. Secundò sic, Charitas
non corruptitur quando est: nec etiam quādō to
taliter non est, quia iam corrupta est. ergo corrum
pitur quando partim est, & partim non est. Successu
eū ergo corruptitur. ergo potest diminui: sed non
per mortale. ergo per veniale.

¶ 8 Præt. Sicut in peccato mortali est inordinatio
simpliciter, ita in peccato ueniali est inordinatio
similiter. tollit simpliciter ordinacionē charita
tis. ergo inordinatio secundum quid, tollit ordinatio
nem charitatis fīm. ergo diminuit ipsū.

¶ 9 Præt. Ex multis actibus peccatorum venialis
ignatur aliquis habitus: sed actus peccati venialis im
pedit actum charitatis. ergo & habitus venialis pec
cati impedit habitū charitatis. ergo diminuit ipsū.

¶ 10 Præt. Ois offensā diminuit dilectionē: sed pec
catum veniale est quādam offensā, cum habeat ra
tionem culpa. ergo peccatum veniale diminuit di
lectionem charitatis.

¶ 11 Præt. Bern. dicit in quodā serm. de purifi.

Quid nō procedere in via Dei est retrocedere: sed ille qui
peccat veniali nō procedit in via Dei. ergo retro
cedit, qd nō esset: nisi veniale diminueret charitatē.

¶ 12 Præt. Omnis virtus vnta fortior est, q
multiplicata, vnde & amor vntus fortior est, q
ad plura di
spersus, pp. quod dicit Philo. in 8. Ethico. q
impossi
ble est plures intēse diligere: sed ille qui peccat ve
nialiter, amorem suum dispergit ad alia, quādō
ad Deum. ergo diminuitur in eo virtus charitatis.

¶ 13 Præt. Proverb. 24. dicitur. Septies in die cadit iu
stus & refurgit, quod exponit glossa de cauſi qui fit
per veniale: sed per ueniale non cadit homo à chari
tate. ergo cadit à perfēcto gradu charitatis. Dimi
niuitur ergo charitas per ueniale peccatum.

¶ 14 Præt. Per charitatem meretur homo gloriam
uite eternā: sed per ueniale peccatum retardatur
homo à consecutione uite eternā. ergo per uenia
le peccatum diminuitur charitas.

¶ 15 Præt. Illa qdā impedit uitam corporalem
uel sanitatem, diminuunt ipsām: sed ueniale pecca
tum est quoddam impedimentum spiritualis uitæ,
qz est per charitatem, ut supra dictum est. ergo
per peccatum ueniale diminuitur charitas.

¶ 16 Præt. Operatio sequitur formam. Quod ergo

A impedit actum diminuit formam: sed ueniale impe
dit actum charitatis. ergo diminuit ipsam charitatem.

¶ 17 Præt. Feruor est proprium accidentis charitatis,
unde dicitur Rom. 12. Spiritu ferventes, sed ueniale
diminuit feruorem charitatis, ut communiter dici
tur, ergo diminuit charitatem.

SED CONTRA, quod in infinitū distat ab aliquo,
additum vel subratum nō diminuit ipsum nec au
get, sicut patet de puncto, & linea: sed ueniale in in
finitum distat à charitate, quia charitas diligit Deū,
sicut infinitum bonum, ueniale autem diligit creatu
ram, sicut quoddam bonum finitum.

¶ 18 Præt. Diminuta charitate diminuitur præmium
uite eternæ: quod commensuratur quantitatē cha
ritatis: sed ueniale peccatum non diminuit præmium
uite eternæ, alioquin pena eius esset eterna, scilicet
eterna diminutio gloriae. ergo peccatum ueniale
non diminuit charitatem.

¶ 19 Præt. Omne finitum per continuam diminu
tionem totaliter tollitur: sed charitas est quidam ha
bitus finitus in anima. ergo peccatum ueniale si di
minuat charitatem, multiplicatum, totaliter tolle
ret ipsam, quod est inconveniens.

RESPON. Dicendum, qd quia augmentum & di
minutio considerantur circa quantitatē, oportet ad
huius questionis evidentiam considerare, quae sit
quantitas charitatis. Cum autem charitas sit quādā
forma & sit habitus seu uirtus, oportet eius quanti
tatē dupliciter cōsiderare, uno quidem modo, fīm
& qd forma: alio modo, secundum qd est talis for
ma, quae est habitus vel uirtus. Quantitas autem for
me, quādā est per accidens, quādā per se: per ac
cidens quidem sicut dicitur quanta ratione subie
cti, ut albedo ratione superficie: sed ista quantitas
non habet locum in proposito, quia mens, quae est
subiectum charitatis, non est quanta. Quantitas au
tem per se alius formae attingit tripliciter. Uno
modo, ex parte cause agentis, quanto enim fuerit
fortior uirtus actua, tanto inducit perfectiorem for
mam perfectius reducens subiectum de potentia in
actum: sicut magnus calor magis calefacit quādō
partus. Alio modo ex parte subiecti, quod quidem
perfectius recipit formam ex actione agentis, quādō
melius fuerit dispōitum: sicut lignum secum
magis calefit quam uiride, & aer qd aqua ab eodem
igne. Tertio modo, cōsideratur quantitas alius
formæ in quantum est uirtus, uel habitus ex parte
obiecti. Virtus enim dicitur magna, quae potest in
aliquid magnum: omnis etiam habitus ex obiecto,
& speciem, & quantitatem habet. Si ergo considere
mus quantitatem charitatis ex parte obiecti, sic nul
lo modo potest augeri uel minui. Ea enim quorum
ratio conflit in aliquo indiuisibili, non intendun
tur nec remittuntur, & hæc est ratio quare quilibet
specie numeri caret intentione & remissione,
quia completur per unitatem: semper. n. unitas ad
dita facit specie. Obiectum autem charitatis habet
indiuisibilem rationem, & conflit in termino: est
enim obiectum charitatis Deus, prout est summū
boni, & ultimus finis: sed ex parte cause agentis, &
ex parte subiecti charitas pot est esse maior uel minor.
Ex parte quidem agentis, non pp maiorem uel mi
norem uirtutem eius: sed pp sapientiam & volunta
tem ipsius, secundum quādō diuersas mēsuras gra
tie & charitatis distribuit hominibus, secundum il
lud Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia fīm
menstruorum donationis Christi. Ex parte vero subie
cti

QVAES. VII. DE PECCATO VENIALI. ART. II.

Ati etiam in quantum homo se magis vel minus per bona opera ad grariam, vel charitatem disponit. **T**a
men scidum est, quod bona opera hominis aliter se habent ad quantitatem charitatis, quantum ad ipsam fieri charitatis, & aliter quod charitas est iam in perfecto esse, nam opera hominis ante charitatem comparantur ad ipsam & ad quantitatem eius, & non per modum meriti, cum charitas sit merendae principium, sed solum per modum materialis dispositio- nis: sed charitate iam habita, ipsa per sua opera meretur augeri, ut aucta mereat & perfici, sicut Augu- dicit. Veniale autem peccatum non potest esse causa facti charitatis habita diminuatur, nec ex parte causae agentis, s. Dei, nec ex parte causae recipientis, s. hominis. Ex parte quidem agentis causa diminutionis esse non potest, quia veniale peccatum non potest mereri diminutionem charitatis, sicut actus ex charitate factus meretur eius augmentum. Hoc enim meretur aliquis in quod sua voluntas inclinatur. Qui autem peccat venialiter, non sic inclinatur ad creaturam, ut auer- tata Deo aliquo modo. Non enim conuerterit ad creaturam, sicut ad finem: sed sicut ad id, quod est ad finem. Qui autem inordinate se haberet circa id, quod est ad finem: non propter hoc minoratur eius esse. **E**tus circa finem. Sicut si aliquis inordinate se habeat in sumendo medicinam, non propter hoc minoratur desiderium eius ad sanitatem. Vnde patet quod veniale non meretur diminutionem charitatis iam habita. Similiter dicendum, quod nec etiam ex parte subiecti ipsam diminuere potest, quod ex duabus appa- ret. Primo quidem, quia peccatum veniale non est in idem est in anima, secundum quod inest ei charitas. Nā charitas inest anima secundum superiorum eius par- tem, prout ordinatur in aliquid sicut in summum bo- num, & in ultimum finem: peccatum autem veniale habet aliquam inordinationem, non tamen attingentem ad ordinem ultimi finis. Unde et si esset contrarium non diminueret charitatem: sicut nec nigredo in pede diminuit albedinem capitis. Secundo quia forma in subiecto diminuit per aliquam misti- onem contrarii, prout dicit Phil. illud esse albus, quod est nigro imperficiens. Veniale autem pcam non ha- bet contrarietatem ad charitatem, quia non respi- ciunt idem obiectum finem rationem. Non enim ve- niale est inordinatio circa ultimum finem, qui est obiectum charitatis. & ideo pcam veniale nullo modo charitatem habitam diminuit, potest tamē peccatum veniale esse aliqua causa, ut a principio minor charitas infundat, in quantum. Impedit actum liberi arbitrij, quo homo ad gratiam suscipienda disponit. & per hunc etiam modum potest impediare ne charitas habita crescet, impediendo, scilicet actum meritorii, quoque charitatis augmentum meretur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iste qui pec- cat venialiter, amat aliquid cum Deo, quod est non auctu: tamen habitu propter Deum amat.

D. 314. **A**D SECUNDUM dicendum, quod charitas potest habere causam sui augmenti meritoriam ex parte hominis, & effectuum ex parte bonitatis diuinæ, cuius est semper promouere ad bonum: sed non potest habere causam diminutionis: neque meritoriam ex parte hominis, ut dictum est: neque effectuum ex parte Dei, quia ex ipso non est quod homo fiat deterior, ut Aug. dicit in lib. 83. Questionum.

AD TERTIUM dicendum, quod illa procederet, si ue- niale esset directe causa parvæ charitatis in suo fieri. Non est autem directe causa: sed quasi per accidens, in qua-

Frum. Impedit actum liberi arbitrij, quo quis dispo- nit ad charitatem. Actus autem liberi arbitrij re- ritur quidem in adultis ad infusionem gratiae, ut charitatis: non autem requiritur ad confirmationem habitus iam suscepiti, vnde impedito actu non dimi- nuitur charitas iam habita.

AD QUARTVM dicendum, quod difficile mobile non differat cōstitutiva habitus. Nec non dispositio de habitus sunt diversæ species: alioquin non possunt una & eadem qualitas que prīus fuit dispositio posse alioquin perfectum & imperfectum circa idem rem. Dato autem quod difficile mobile est diffi- cultia constitutiva, adhuc ratio non sequetur, quia quod aliquis habitus fiat de facili mobilis, potest con- gere duplíciter. Vnde quidem modo, per se, quod non habet ita perfectum esse in subiecto, & sic could minueret hoc quod est difficile mobile circa habitus diminueret ipsum habitum. Alio modo per accidens ex eo, s. p. inducitur dispositio ad contrarium. Vnde dicendum, quod forma aquæ per susceptionem calorem minus est difficulter mobilis: & tamen contra formam substantialis non diminuit, & per hunc modum veniale diminuit, hoc quod est difficile mobile circa charitatem. & per hunc modum etiam effici- ligendum, quod quidam dicunt, quod veniale diminuit charitatem quantum ad radicationem in subiecto non quidem per se, sed per accidens, ut dictum est.

AD QUINTVM dicendum, quod diminutum corporis dicitur esse nutrimentum sive conservatio corporis, non autem augmentum: quia si diminutio corporis diminuit venialia, quæ disponunt ad au- tomam charitatem.

AD SEXTVM dicendum, quod vapor crassus recipi- eadē parte aeris in qua recipi lux, & ideo diminuit lucem: sed veniale non attingit ad summum partis animæ, secundum habitudinem eius ad summum partis animæ: & ideo non potest diminuere charitatem in habitu, licet possit impeditre magnitudinem etiam acquirendo ipsum. Sicut tenebrositas aeris extra- mū existentis, non diminueret claritatem in domo existente ex causa intrinseca: diminueret acci- tensionem claritatis radij venientis ex extremitate domū, perfectio autem superioris partis animæ qua- tum ad sui generationem dependet a bona distinc- tione interiorum partium: non autem quantum conseruatione homo enim naturaliter per inter- ra & sensibilia, ad interiora intelligibilia pertinet, vnde etiam defectus visus, aut auditus potest im- dire acquisitionem scientia: non tamen dimi- scientiam iam acquisitam.

AD SEPTIMVM dicendum, quod hoc non est verius uersaliter, quod est quod succellue corruptum, et in- natura: quia forma substantialis succellue amittit, si consideretur alteratio precedens, prout Philo- cit in 6. Physi. quod id quod corruptum, commi- bat & corruptetur, & tamen forma substantialis non diminuitur. Sic autem charitas quandoque facie- sive amittit, si consideretur praecedens dispositio ad amissionem: sed si consideretur ipsa amissio dicendum se non succellue amittit. & quod dicendum, charitas quia corruptitur est subiectum compo- nis, est omnino falsum. Non enim albedo aut clara forma de corrupti, quia ipsa sit subiectum compo- nitionis: sed subiectum albedinis est subiectum cor- ruptionis, in quantum desinit esse albū. Similiter dicendum est, quod si accipiat ipsa corruptio secun-

**Topic. 4. c. 4.
non prout
a principio
tom. 9.**

**In corp. art.
Circ. princ.
lib. tom. 4.**

secundum se prout est in termino motus, id est cor rupi, & nunc primo corruptum esse: sicut id est illuminari & illuminatum esse. Quando autem primo corruptum est aliquid, tunc non est, ut dicitur in 8. Phys. & ideo quando charitas corrumptur, non est.

AD OCTAVVM dicendum, quod inordinatio simplificiter tollit ordinacionem charitatis simpliciter: quia attingit animam secundum superiorē partem: & inordinatio secundum quid tollit secundum quid ordinacionem charitatis in aliquo actu, prout ordo charitatis a superiori parte anima ad inferiores determinatur. sed de ipsa charitate secundum quod est in summa parte, nihil diminuit, sicut nigredo, qua est in pede nihil diminuit de albedine, qua est in capite.

AD NONVM dicendum, quod ex multis peccatis venialibus potest causari aliquis habitus: sed ille habitus nec tollit nec diminuit charitatem, quia nec in eodem est, nec circa idem.

AD X. dicendum, quod peccatum veniale cum non importat a confessionem propriō loquendo, non habet rationem offendae.

